

PROLVVSIO ACADEMICA.
DE
THEOLOGO,
AD SOLIS SPLENDOREM
IUDICATO.



raecipua Theologi laus est, & quod omnium maxima consecratur industria, quodque, si obtinuit semel, mollissime fovet, ac religiose tuetur, Doctrinae illibatae studium, ut, SI SOLI QVASI SISTATVR, NULLA HIC MACVLA CONTAMINATVS, APPAREAT. EΙΑΙΚΡΙΝΕΙΑ haec Paulina est, semel, iterum ac saepius inculcata, qua eminere voluit Doctores, quamque pie audientibus quoque, quanta potuit contentione, commendavit. 1) Illud principio poteramus mirari,
A quod

1) 1. Cor. V. 8. Ἐορτάζωμεν ἐν ἀζύμοις ΕΙΑΙΚΡΙΝΕΙΑΣ καὶ ἀληθείας. Feriemur in azymis sinceritatis & veritatis. 2. Cor. I. 12. Καύχησις ἡμῶν αὕτη ἐστὶ, ὅτι ἐν ἀπλότητι καὶ ΕΙΑΙΚΡΙΝΕΙΑΙ Θεῷ ἀνεσράφημεν. Gloriatio nostra haec est, quod in simplicitate & sinceritate Dei versati simus. Et in primis 2. Cor. II. 17. Οὐ γάρ ἐσμεν, ὡς οἱ πολλοὶ, καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' ὡς ἐξ ΕΙΑΙΚΡΙΝΕΙΑΣ λαλῶμεν. Non enim sumus sicut multi, cauponantes verbum, sed tanquam
ex